

De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Sanctos Mensivm Septembris Et Octobris

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10262

De S. Sosio Leuita & socijs matyribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77413](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-77413)

CERTAMEN GLORIOSI MARTYRIS CHRI^{STI}³⁷⁹
STI, SOSII DIACONI, AC IANVARII EPISCOPI BENE-
VENTANI, & sociorum eorum, auctore Iohanne Diacono S. Ianuary,
qui eiusdem S. Sofij translationi interfuit.

PRAEFATIO AVTHORIS IN PASSIONEM
& translationem.

PO ST nonnulla tyrocinij mei opuscula, quibus aliquantispèr iu-
uenilem animum charitatis exercuisse videbar imperio, nullius fo-
re disponebam intentionis, nisi ut magis hebetarer desidia, quam
fomenta liuidæ stomachationis alicui pro talibus subministrares
experimentis. didiceras quippè, & satis didiceras, qualiter bilis
ignita, lingue faculam torrens, contiguos vreret dentes. Huic ergò
decreto cùm inclinatus animo adhæssem, inter plurimorum so-
dalium coepi etiā & domini Iohannis venerabilis sancti Seuerini abbatis, quē vñquam Iste Seueri.
refellere nefas astimaueram, detrectare implorations, adeò scilicet, vt ad id quod nus Nori-
de sancto Sosio fieri postulabat, multifaria euadens obliquitate diuersus, modulum corum fuit
excusationis nullatenus inhiberem. Quòd vbi vir strenuissimus animaduertit, non Apostolus,
est pausus vlt̄a dissimulationis prolongari funiculum, sed per idoneos peruentores cuius corp⁹
domino Stephano suggestit Episcopo, quatenus eius amplitudinis interuentu obti- eft Neapo-
neret, quod adipisci sua imprestatione nequibat. Exemplò me pontificalis accersi- lim.
tum sublimitas, taliter increpando accepit: Excidit' ne tibi diacone, qualis sit fructus
obedientiae? excidit' ne Samuelis iusta indignatio, dicentis, Melius est obedire quam 1. Reg. 15.
sacrificare? Cur ergò surda præteris aure, quod à Iohanne Abate totiès posceris? An
ignoras quantas utilitates talium narrationum scripta conuecent? Si enim in eis to-
tius Christianitatis emolumenta p̄cipiuntur, quare tu tua quērens, ostēdis te colaphis
non esse disciplinatum Apostolicis? Sic p̄f̄sul. & p̄f̄suli sic submissa voce respondi:
Si vestra prius discretionis lance p̄f̄satur, quòd potissimum nostra vergat accusatio, ju-
stissimè castigamur: sin aliás, quare tantis fatigamur redagationibus? habet, inquam,
habet affatim nostri cōpertus acumen ingenij, quomodo plurimæ martyrum passi-
ones ex historijs & annalibus sunt decerp̄t, in quibus seriatim cōmemorabatur quic-
quid gētilis illa perpetrabat examinatio. At nos, quibus nulla taliū facultas suppeditat,
quo exequi p̄acto coginur, vndē rectissimè fauorali denotemur mendacio, & in-
evitabile pseudoepigraphi discrimē incurramus: Hanc p̄f̄sul ipse apologiā tali proti-
nūs authoritate cōclusit: Procūl hinc, p̄cūl, si placet, totius obiectionis ambago re-
cedat. Est enim exindè quēdā scriptura lepida vt reor digestione cōtexta, quā me olim
vidisse recordor, & quidem quoniā longi temporis meta relabitur, idcirco cunctan-
do affero vtrū necne sancti lanuarij gestis, cum quo fortissimus Christi athleta im-
mortale percurrit agonem, aliqua sit ex parte diuersa. Tamen hēc qualicunque stylo
prolata constet, sumenda est à te, & sicut certum est tuos fecisse maiores, quæque
fiunt superflua reseca, necessaria subroga, inepta abijce, & vna cum his quæ de in-
uentione corporis eius sunt, fide tua qui interfueristi, in ciuilem redige cōpositionem,
quatenus pro tanti laboris recompensatione, municipatu tandem martyriali Christo
largiente perfui merearis. Ad hēc ego nihil vlt̄a respondere p̄sumens, coactus in- Author ab
choauit quod spontaneus recusabam. Sed quia in memoratis scriptis infatuato quan- Episcopo
uis sale pertinetis, nulla parentum ipsius, nec pontificis saltem, qui eum Leuitali redi- rogatus p-
mitione dicārat, mentio inerat, & conquerentes ex hoc viros etiam non spernendæ fōntem con- scriptis hi-
gratitatis perspeximus: ideo summatim cōmemorare libuit, vt nec ego sim in anteā storiā.

obnoxius, nec illius temporis pertinaciter incusentur scriptores, quoniam multus
accedere potuit euētus, aut latibuli felicet, aut mortis, necnon & ignoratiæ, vel aliud
quid verisimile, vndē iusta possit oriri excusatio, quòd silenter p̄termiferunt: Tamen
quomodo cunquè acciderit, quia nulla valet modò cōiectura censerī, constat me cre-
dulitate media, nihil irritum, nihil ambiguū in istis posuisse narrationibus. Decāterò
nunc agendum est honorabilis abba, vt nup̄t promissis orationibus sic sic
meam iuves inertiam, quatenus sit Deo acceptum & ho-
minibus ratum huius nostri laboris
conamen.

PASSIONIS HISTORIA.

CAPVT I.

23. Septem-
bris.
Numerian⁹
āsacerdo suo
occisus.

Diocletia-
nus, Apro
interfecto,
Cesar accla-
matur.



V MERIANVS igitur Augustus cùm ex Parthicæ re-gionis demolitione reuerteretur, & propter oculorum quam incurrerat ægritudinem lectica in itinere vteretur, ita est ab Apro sacerdo suo clædestinis peremptus insidijs, vt via factore cadaueris necem eius post aliquot dies milites comperissent. Qui statim Aprum interficientes, Diocletianum cuiusdam ex Dalmatia scribæ filium, tumultuosa vociferatione Cæfarem acclamârunt. Hic autem versipellis vt erat, Maximianum continuò Herculeum, moribus & feritate haud sibi dissimilem, confortem sibi affiscens, iniquo prælatu reipublicæ sumimam inuaserūt.

Sed quia Carinum præfati Numeriani germanum, qui superstes adhuc cum omni exercitu Galliarum commanebat in partibus, metuendum ducebant: idcirco in suis primordijs lentam commouerunt persecutionem in Christianos, scientes illi procul dubio plurimos hærere amicos, quos huius tituli sacratissima decorabat professio.

Carini Cx. Vbi autem Cesar iste penes Murgum prælio deuictus occubuit, confessim illi tempus fatis cedes. Diocletiani & Maximiani crudelitas. Sosius Mifénatus ciuitatis Diaconus. Ianuarius Beneuentanus Epipodus Sosio familiaris. Vifio S. Ianuarij. Vaticinium eius.

nancientes quo tyrannidem suam sœuire permetterent, proh dolor, per vniuersum orbem complices suos direxerunt, quatenus quicquid Christianitatis culturæ reperi-ent, aut suis possent obsecrēns mancipare ceremonijs, aut exquisitissimis addicerent penas. Succurre Domine Iesu, succurre agonizanti Ecclesiæ tuae, vt perspicuus fidei candor, quō quia magis densitate caliginosâ gentilitatis obrui fatigatur, eō amplius te illustrante martyrialibus renitecat lucernis.

C A P. II.

Cruentissimis itaque satellitibus omni solicitudine suorum iussa dominorum adimplere studentibus, licet omnis Campania, immò totus affligeretur mundus, tamē in oppido Mifénatum potissima incubuerat persecutio: quia illie celebris paganorum frequentabatur occursus, propter Vatis Sibyllæ sepulcrum, haud indè longè discretum. Hac ergo tempestate beatissimus Sosius eiusdem ecclesiæ Diaconus, vit in quo cælitus omnium charismatum dona confluxerant, secundum congruam sui nominis vocationem, quia Sosius, si à σωζω Græco sermone deriuatur, Latinè Salutaris exprimitur: cùm nocte dieque quanvis palam, ob infidias persecutorum non auderet conuersari, tamen ad nif aliud erat intentus, nisi vt incredulos inuitaret ad fidem, & fideles ad imminentes corroboraret agones. Cuius industria dum longè lateque flagraret, & opinio bonitatis in dies accresceret, intantum coepit ab hominibus fore dilectus, vt Ianuarius Beneuentanae sedis egregius Antistes, licet maioris esset dignitatis, magni tamen Dei usque ad mortem se humilians imitator effectus, sedulus ad illum visitandi gratia properaret, & doctrinæ pabulum mutua sibi subministrantes affluentia, non solum animos suos ad cælestia subleuarent, sed & Dominicum gregem per sacra colloquia informarent. Mira sanctorum dilectio, mira & stupenda constantia. Nam cùm nulla fatigatione itineris, nulla terroris intentione retraherentur, quin vicariam sibi exhiberent affectionem: accidit autem nutu diuino, vt idem Domini Antistes ex more veniens, reperiret illum forte in coetu fidelium, sacrosancta Euangelia sonoro iubilo personantem: mox pater optimus pietas amore contractus substiit, & feruorem tantæ alacritatis diu multumq; admirans, subito clericatum verticem eius vidit perspicuam effundere flammam, cuius oblatione perculsus, intellexit protinus documento scripturæ imbutus, quid coruscationis radiaret in illa, quidve portenderet inflammatio ipsa, & latus in cælum cum gaudio palmas sustollens, ineffabilem Christi gratiam seriamq; dispensationem ex intimis cordis organis collaudauit. Dehinc perpendens id nulli præsentium nisi sibi soli apparuisse, properanter accessit, & constriicto super eum incumbens amplexu, flammigerum illud caput spiritualibus deliniebat osculis, & coram adstantibus martyrij tandem diaademate coronandum iterum iterumq; profitebatur.

C A P. III.

O religio sanctitatis, ô deuotio charitatis, ô vaticinatio veritatis. Dum enim talia tantaq; præsulis pariter & Leuitæ dona consideramus, omnis penitus admiratio nobis

nobis adimitur, sensus hec scit, lingua torpescit. Quis vñquā tam eloquens tamq; facūdus dignē potest exprimere, qualiter isti de religione ad sanctitatem, de deuotione ad charitatem, de vaticinatione cōsequenter ad veritatē pertingere meruerunt? Illā in-
quā veritatē, quē multō antē spondere dignata est: Ignē veni mittere in terrā, & quid
volo nisi vt ardeat? Si enim per ignē charitas, quā Deus est, & per terrā corda huma-
na intelliguntur: rectē ignis ille in vtrorūq; ardebat prācordijs, & tam vehementer
ardebat, vt vni, qui secundūm Apostolū Christū habebat caput, in vertice redundar-
et: alteri quoquē, qui secundūm Euangeliū beatos habebat oculos, resplendesce-
ret in obtutu. Ambo ergō beati, ambo felices, quia ambo nimirū illis sunt donati
muneribus, quā oīm filiis nascentis Ecclesiæ loqui & prophetare vnamiter instiga-
bant. Quid enim? nunquid iste non fuit ille ignis, qui repente super Apostolos into-
nans, ora illorum per varias discrevit loquelas? nunquid non huius illapsu Petro lo-
quenti fides & eleemosynæ Cornelij centurionis sunt approbatæ? nunquid ad im-
positam Pauli manum super viros decem istius non est illustratus aduentu? Et quid
per singula ducor, si ipse illos, proculdubio clarificauit & iſtos. Videamus qua con-
ventione ad martyrij gloriam sacratissimus pertigerit Diaconus, de quo veracissimus
prophetauerat Antistes.

CAP. IIII.

Cūm igitur Sosius Leuita benignissimus, sicut prælatum est, famosis polleret mo-
ribus, & vita virtutisq; proposito insistens, bonus odor alijs ad vitam, alijs se-
cundūm Apostolicam institutionem effet ad mortem: factum est, vt ab his, qui bono
perierunt odore, sēpissimè ad Dracontium tunc Campaniæ Iudicem accusaretur.
Quorum frequenti suggestione, vtpotè paganitatis minister, in furias actus, lictoribus
suis transmissis arctari cum & ad se vsq; perferti præcepit. Mox autem, quia lux in te-
nebris latēre non poterat, neque ciuitas abscondi supra montem posita, vbi conuen-
tus est à militibus fortis athleta Dei, & coram solio Iudicis præsentatus stetit interri-
tus. At sceleratus arbiter diu multumq; admirans elegantem eius speciositatem,
Aptē, inquit ad illum, forma corporis cum fama nominis tui congruit. Sed quia qua-
dam superstitione pollutus asseueraris, necessè est vt accedens libamen offeras, &
frustreris accusationem, quā totiès de te nostras perculit aures. Ad hæc sanctus re-
sponsum reddidit paucis: Absit hoc, Iudex, absit à me, vt debeam aliquo modo illam
commaculare religionem, cui ab ipsis, vt ita dicam, cunabulis oblatus, toto corde,
totaq; intentione seruui. Tunc censor intumuit, & felleam vultu * prætentans ama-
ritudinem, Nè confidas, ait, in hoc vernantis corpore innentutis: quia si scitis Imperi-
alibus & meo protinus consulto non parueris, illo te priùs vehementer affectum tor-
mentis iubeo mancipari ergastulo, vndē saltrem nec ipse te Deus tuus possit eripere,
sed squalore intolerabili & famis sic adigaris penuria, vt sponte perficias, quod mo-
dò paruipendendo recusas. Mox propugnator veritatis omni refertus cōstantia, ait:
Non tibi vñquā benè sit arbiter iniquitatis, vt quibusque aliquādō pœnis deuincar,
& detestabile tñx peruersitatis adimpleat vatum. Ego autem firmiter in Deo meo
sperans, cum eius Apostolo semper decanto: Nullus me separabit à charitate Christi,
non tribulatio, non persecutio, non gladius, non carcer, non fames, non nuditas:
quoniam propter eum tota die mortificor, vt tandem cum illo coniungar: sed tibi ô
miserrime, ô scelestissime, potius est ingemiscendum & dolendum, qui iustè quodam
præfigio Dracontius es appellatus. Reuerā enim nunc ille temerarius draco per oris
tui organum loquēs, inualidam Dei mei præsumit afferere potestatem, qui oīm pro-
toplatis ob appetitæ Deitatis rapinam mortem infligens, contra conditoris interdi-
ctam vesci eis de ligno vetito peruersit. Tamen licet illis hominibus occulto Dei iu-
dicio præualuisse lataitus sit, mihi vero, cui iam per lignū Crucis vita est restituta, nun-
quām per te Dracontium, qui ad instar eius, nomen & venenatam possides linguam*.

CAP. V.

H Is Iudex auditis, secum infremuit, & furibundus ad lictores cōuersus ait: Vestras
expromite vires, & loquacitatem huius audaciis validis comprimitate flagris, qua-
tenus resipiscens animaduertat ante cuius sublimitatis tribunal assistit. Dixit, & di-
ctum cominius ministri exequentes, totum corpus sancti fœdissimè laniārunt. Cer-
nens itaque dæmonum arbiter, robustissimum Christi militem palestra illa patienter
flagella tolerasse, stomachando intulit: Hic quia se vultum longanimitatis induisse
simulat, claustris est teterrimis deputandus, vt ibi frigore fameque deficiat, & florida
ipsius,

Luc. 12.

1. Iohann. 4.

S. Iuanari.

& Sosius,

charitate &

spiritu san.

Eo pleni.

Act. 2.

Act. 10.

Act. 19.

Ducitur ad

tribunal Iu-

dicis S. So-

sius.

Match. 5.

Iuberit sa-

cificare

idolis.

Recusat vir

sanctus.

præteadēs

Rom. 8.

Index, cur

Dracontius

fir sit appella-

tus.

Gen 3.

Eph. 2.

For. deest,

præualebit.

vel, præua-

luisse lata-

bitur.

Grauissime

ceditur So-

sius Levita.

Mācipatur

carceribus.

ipsius,

Theodosius Episcopus vir sanctissimus.

ipsius, qua gloriatur, iuuenta tabescat. Erat nempe tunc beatissimus Sosius annorum circiter triginta, sicut ipse cuidam benigno reuelarat Episcopo nomine Theodosio, quem propter vitæ meritum valde dilexerat. Aduenerat autem iste de Græcia, & propter religionem multa cum eo fodalitate fuerat coniunctus, quique etiam & de eodem fatebatur Diacono, quod verè Domini nostri Iesu Christi discipulus & imitator esse studebat. nam & opportunè & importunè prædicationi infabat, & ob

**Eccè S. Proculi, Eutice-
tis & Accu-
tij pro fide
Christianæ
zelum.**

insidiantium procacitatē vulgares plerunque declinabat adspicere. Recluso itaque fortissimo martyre Sosio secundum decreta Iudicis in arda arcta que custodia, Proculus diaconus, & Eutices atque Accutius illustrissimi ciues Puteolani, feriore deuotionis accensi, ethnicos clamorosis obiurgationibus increpabant, dicentes: Miseri, dementes, insani, quarè benignum & innocentem hominem verberibus affixisti & tenebris addixisti? Nunquid quia vestrarum principis tenebrarum noluit esse famulus, ideo lucernam ardenter, quæ non potest sub modio contegi, carceris obscuritate voluistis extinguiri? Heu detestabile iudicium, heu execrabilis factum, quod omnis lex abrogat, omniaque iura condemnant. Quis vñquam legislator, vel juris peritus indixit, ut iustus condemnaretur, aut innoxius puniretur? Hæc & his similia vociferantes, ad ergastula properarunt, & sanctum Leuitam omni solamine omnique alleuiabant affatu.

**Matth. 5.
Luc. 8.**

Esa. 60.

**Præsentan-
tur Dracon-
tio præfidi.**

**Egregiū eo-
rum respon-
sum.**

**Atrocissime
vapulant.
Irridentur
à Judice.**

Marth. 7.

**Timotheus
Præfes à Di-**

Dic, rogo, dic insanissime censor, nunquid & isti alienationem mentis patiuntur, qui & innocentii viro, ex intimo compatiuntur affectu, & penitus improbant trę iniquitatis examen? Cæce, si sensus tuus non esset peruersus, videres vñquè quia isti sunt de quibus prophetica clamat admiratio: Qui sunt isti, qui ut nubes volat, & quasi columbae ad fenestræ suas? Verè ut nubes & ut columbae volabant, quia nullis impli-cati contagij, tam perspicuo tamque claro obtutu ea quæ sunt æquitatis intuebatur & veraciter profitebantur. Sed quia nullius utilitatis respectum tua capit obstinatio, ideo præcepis velut in reorum duceris accusationes. Liköres nanque verbis illo-rum auditis, statim ad iniquum Iudicem properantes, Domine, inquiuit, eccè homines Christianæ fœtæ, quos vbiq[ue] perscrutari vestra dignatio iussit, sponte sua venientes ad carcerem, cum Sosio damnaticio in confabulatione iunguntur.

C A P . VI.

Dracontius illico citatis eos ad se vocas officijs, præcepit ut cum sancto Sosio sibi præsentarentur. Qui latè coram eodem vulnu dum adstarent, talem Iudex prorupit in vocem: Miseri, quæ vos fatalis coegerit impulsio, ut huic insano fauentes ho-mini, nostra nostrorumque principum decreta paruipendatis? An nescitis, quanta super huius Sosij cōplices Imperatorum deferueat indignatio? Relinquite ergo has vanas, quas somniatis spes, nè vos appetisse pœnitentias istius fodalitatem vecordis. Ad hæc sancti constanter tale edidere responsum: O vñnam, Iudex, cœlitus in saniam stolidi huius suissemus incurrere digni, qui vos vestrosque tyrannos fide contemnit, humiliatae despicit, patientia vincit: viceramus, inquiunt, & nos iram indignationis non vestre sed Dei, qui venturus est ponere orbem terre desertum, cuius illecebras tanta vos auditate se ðamini, ut merito filij eius adstruamini. Filij ergo mundi proculdubio quia cum mundo perituri sunt, ideo eligendū est nobis, ut temporalem Augustorum & vestram pro nihilo ducamus saevitiam, & desideremus in huius collegio inueniri, quem vos insanisse putatis, quotentus cum eo vitam adipisci mereamur æternam. Ta-libus exemplò dictis censor exarsit in iras, & sine mora furens, vapulare sanctos penè ad internitionem præcepit, ipso etiam desuper intonante: Hæc est suauitas collegij, hæc est iocunditas contubernij, hæc inquam sunt oblegmentsa Sosij, in quibus vos toto epulari optatis affectu: in his porrò delectabiliter conuenit gratulari, donèc consultius exogitemus, quid aliud nostra humanitatis vobis dignater impartiri possumus. Crudelissime arbitrū, quarè in famulos Dei furia tāta baccharis? quarè ultra modum saevire disponis? necesse est enim, ut aula fidei eorum præcaciōris bus impeta-tur turbinibus. Sed quia iam tu ex parte compertum habes, quo fundamento locata consistat, subrogandus est tibi alter sauvissimus, qui ex toto cognoscas, qualiter illam architectus Christus supra petram suam inconcussè fundavit.

C A P . VII.

CAESIS ergo martyribus, & cum sancto Sosio in uno conclavi reclusis, Diocletianus execrabilis Imperator Timotheum quendam paganissimum Campaniæ præsidem

præsidem substituit, ita duntaxat, vt insatiabili feritate fideles persequeretur. Qui ocletiano adueniens, dum ex more vrbes accepti præsidatus inuiseret, Nolam adjit, ibique diebus aliquot remoratus, officium de gesis & iudicijs præcedentium subtiliter inquirere coepit. Mox autem vbi reperit, quod Sosius Dei confessor & martyr cum Proculo diacono, Euticete simul & Acutio laicis, apud Puteolanam vrbē ergastulis macerati pro Christi nomine renerentur, statim & beati Ianuarij mentio facta est, eo quod Sosium pro quodam inflammationis præstigio officiosissime visitaret, & propensiū omnes ad passionis tolerantiam confortaret. Hac protinus suggestione consul inflatus. Eiā, inquit apparitoribus, perniciter ife accersatur, qui tantę presumit authoritatis esse, vt ipse ocyus perpendat quantę sit vigoris altitudo nostra, & ita, si est illi commodius, ceteris consulere discat. Cito ergo & citius pulcherimus præfus ante tyrannum allatus, multis sponsonibus hortatus est, vt sacrificia libaturus accederet: Sed cùm nullis posset blanditijs ab orthodoxæ intentionis culmine dei ci, præfectus est in fornacem, quam per triduum dux ipse nimis accendi præceperat: de qua ita Deo custode incolumis est egressus, vt nec crinibus esset nec vestimentis saltem adustus.

C A P. IX.

Eccè Timothee, antiquum illud triū puerorum miraculū nouiter Dominus per martyrem suum operari dignatus est: sed quia tu peruersissime dæmonū id magis ludificationibus, quād diuinā potentię adscribis, cui debito iure omnis creatura famulatur, reō de te dici potest examine: Rex Babyloniat surget in iudicio cum Timotheo isto, & amplius condēnabit eum. Quia ille, viso tanto miraculo, statim Chaldaeæ dignitatis fastus depositus, & ad prædicandum Dei virtutem, voce, literis, hortamentisque omnibus est accinctus, & vt nē quid minū exhiberet, famulos eius tanta sublimauit honorificentia, vt in omni regno suo primates eos fore decerneret: Tu autem è contrario phantasma putans tantū miraculum, nec Christo magnitudinem, nec martyri eius aliquam exhibuisti reverētiam. Et ideo nunc te, tuumque cōplicem Dracontium vna manet remuneratio, quia vna fuit mentis excæratio. Ille nanque Sosium Diaconum tenebris obtulit, vt tenebrarum principi manciparet: Tu Ianuarium præfulem in ignem projicis, vt vna vobiscum perpetuo combureretur incēdio. Sed quia perspicua sanctorum deuotio & ignem sp̄ravit & tenebras: supereft, vt atrocius supplicium Ianuario inferas, quatenus tandem cum Sosio copulatus, pariter ad desiderij sui pertingant effēctum.

C A P. X.

Nequissimus itaque cōsul denuò sanctū Ianuariū suis præsentari fecit adspēcti- bus: quem cùm robustiorē in fidei reperisset arce cōsistere, iussit vt nerui à corpore ipsius abstraherentur, & ita decretis ad custodiendū militibus traderetur. Heu uiter tor- ducem cruentum, heu crudelē tyrannum, cuius atrocitas etiā elementa transcendit. Ignis quidē potuit suā voracissimā repugnare naturā, & martyre in columem custodi- dire: Iste verò cōmunis naturā oblitus, vndē compungī ad veniā debuit, indē carnifi- cies feritatē exuperauit. Miser ille aut non fuit humano figmento cōpactus, aut cru- delitas eius ſeūior fuit ſeuifimis cunctis.

C A P. XI.

Avidentes intēcā duo ex agmine clericorū eius, Festus scilicet Diaconus & De- siderius Lector, quod eorū pastor pro Christi nomine in vinculis teneretur, con- tinuò inflammati à spiritu sancto, Nolam properārunt, & ciuitates clamabant: Quarē talis pontifex coarctatur? Quarē tantus pater affligitur? qui vt omnes lucrifaceret, Iterū gra- omniū compati necessitatibus p̄curauit? Mox eos imp̄iissimus dux sibi cum suo præ- sentari iubens Antistite, sciscitatus est beatū Ianuariū si suę ditionis essent. Cumque ille respōdifset, quod vnu Diaconus eius esset, & alter Lector, p̄fes̄ intulit: Téne, inquam, & iſti sequentes, Christianos se autumant esse? Erectis itaq; piissimum pastor in cælum oculis, Spero, inquit, in Deo meo, quod nō solū verbo, sed & opere veraci- simi sint Christiani. Tunc cōsul eis de huiuscmodi religione interrogatis, vbi audiuīt Festus & De- siderius ei? quod ouanter pro tanto nomine mori essent parati, nimio succēsus furore, præcepit illos ante currū suum catenis innexos, vñq; Puteolanam p̄trahi vrbem, vt vna cū Sosio & Proculo diaconibus, nec non Euticete & Acutio laicis, ad discerpendū bestijs tra- derentur: quatenus artubus sanctorū horribiliter lanitatis, ille videndo suam rabiem fatiaret. Dic, rogo, in ſanctissime consul, dic irarum minister, quō te furor tuus impellit? capiui. Haecenū Ianuarius ſolus, fide non ferro munitus, facilimā de tua vecordia ſumebat

infus-

Ianuarius
Episcopus,
apud Iudi-
cem accusa-
tur.

Projectus
in fornacē
ardente nō
luditur.

Ibidem.

Dan. 3.
Dan. 3.

S. Ianuarii
Sosio in paſ-
ſione ſocius

insultationē, & nunc cū Sosio cæterisq; coniunctus, minoris virtutis efficitur an potioris? Si enim præcipiti furiarū tua voragine non fuissent absorpta præcordia, nequam sāntos Dei, sicut erāt mente, itā corporibus sociares. Ergo quia nūc de te ipso facis ludibria, videbis qua facilitate martyres nostri de te bestijsque tuis triumphant.

C A P. XII.

CVm autē beatus Ianuarius carcerem effet ingressus, quo fortis Leuita Sosius te-nebatur, cœpit omniū deosculari capita, maximē sancti Sosij caput amplexans

S. Ianuarius aiebat: Ecce sanctū & venerabile caput, quod olim spiritus sanctus martyrizandum portendit: ecce caput, quod olim cælestis flāma depascens, & rosea ferta paradisi co-omnes com-
mones com-
ronandū p̄figurauit. Eia nūc fratres viriliter contra antiquū hostē & eius famulum militones Timotheū pugnemus, viriliter dimicemus: quia idcirco me huc Dominus direxit, vt
fus in car-
cere conso-
latur, & cō-
fortat.

nec pastor à grege, nec grex à pastore videatur diuelli. Nullius, inquam, blādimentis, nullis cōminationibus à Christi societate sequestremur: quia fortissimus Iesu cœlitus prosternet omnes aduersarioū nostrorum acies. His ita peractis, altera dic præcepto

S. Sancti mar-
tyres feris
obiiciuntur,
sed non la-
dantur. tyranni in eadem ciuitate arena parata est, & cōsul ad amphitheatru cum innumerabili multitudine, p̄mis cui sexū & ætatis perueniēs, palæstras Christi pariter ad bestias exponendos fecit adduci. Tunc martyres Crucis se munientes præsidio, velut ferrei montes stabant immobiles, & oculos palmasq; leuantes ad sidera, intimis ex organis propulsabāt tonantem. Mox mirū in modum, vbi bestiæ catenis soluta, & in sanctos furibūdo impetu ire coactæ sunt, sic affuit misericordia Domini, vt velociter omnem feritatem in manfuetudinem cōuertentes, velut oues mitissimæ ad pedes sanctorum procūberent. Cerne vecordissime consul, cerne trophya martyrum, quos facilius sub vno collegio, quām singulari cōgressione vincendos existimāsti. Torquere nūc magis magisque liuore fæuissimo, & lymphatica intrinsecus rotare vertigine: quia illo sunt omnes in bestiali summissione circunuallati tutamine, quo Ianuarius in voracissimis flāmis, & Sosius in carceralibus tenebris. Disce ergo miser, disce dona hæc fuisse cælestia, & nō magicæ artis phantasmatæ: quoniam nihil vñqnām potest ab immundo mundari, & à mendace nihil veri aliquandō dici.

C A P. XIII.

POpulus autē, qui ad tale confluxerat spectaculum, in stupore & submurmurationem conuersus, tantū paucorem stultissimum præsidi incussit, vt sanctos continuo ex amphitheatri squamate ad forū duci præciperet, & furentem dictaret sententiam, dicens: Ianuariū Episcopum, Sosium, Proculū & Festū diacones, vnā cum Desiderio

Iubetur ca-
pite plechi.
S. Ianuarij
oratio pro
cōuerione
populi.
Pſal. 67.
Consul ocul
orum cœci
tate incur-
rit. lectore, Euticete atque Acutio laicis, quos à Christi cultura nullis potuimus reuocare tormentis & Imperialibus subijcere cæremonijs, capite plechi iubemus. Beatus vero Ianuarius fide promptissimus, pietate prouidus, extemplo Domini deprecatus est, vt oculos iniquissimi presidis, qui multos à lucis tramite pro defensione dēmonū deuia- rat, tenebris prosterneret, quatenus hoc alij videntes, ad lucis fidē & salutis resipiscerent poenitentiam. Mirabilis Deus in sanctis suis. necdū martyr verba finierat, & nimius horror ducis oculos ita obtexit, vt præ dolore ingenti festinaret officiū ad martyrem reducēdum, ducebatur autē iam à carnificibus cum alijs ad sulphuratoriam, vt ibi decollaretur. Ecce nūc Timothee, si iuste pro tuis dimicasti dijs, eruant te de hac intollerabili cæcitati quam incurristi: si autē nequeunt tibi restituere sanitatem, implora martyris suffragia, vt luminis tibi ministerio restituto cognoscat gētilitas omnis,

Orat S. Ianuarij pro illuminati-
one eius.
Quinque hominum
millia eius
illuminati-
one cōuer-
tuntur.
Plectuntur
capite pra-
nominati
martyres.
Diversis lo-
cis eorum
corpora fe-
peluntur. quia plus martyres nostri possunt quām dij vestri.

C A P. XIV.

CVm autem velociter beatum Ianuarij reduxissent, consul cœpit clamare & dicere: Ianuarij serue Dei excelsi, deprecare Deum tuum pro me, vt lumen valēam recipere quod amisi. Mox sanctus Ianuarius pro circumstantibus populorū cateruis vociferanti duci compatiens, celerem illi sospitatē à Domino impetravit. Sed quia reprobi, semper de beneficio peiores fiunt, consul vtpotè derelictus à Deo, cernens tantā multitudinem hominū ferè quinq; milliū conuersam ad Dominū, valde turbatus est, & nè decreta principū præteriret, iussit p̄pere sanctum protrahi, & cum cæteris martyribus decollari. Sancti vero dum psallendo ad locū destinatum puenissent, flexis in oratione poplitibus Deo se cōmendārunt, & spiculatorē vt feriret hor-tantes, brauiū sunt perpetuæ felicitatis adepti. Christiani autē diuersarum vrbiū cūm sollicitè lucubrarēt, vt patronos sibi rapere diuina collatione valerēt, Neapolitani beatus Ianuarij reuelatione cōmoti sustulerūt: Puteolani quoquè S. Proculū, & sanctos Euticetē & Acutium: Sanctus vero Festus & Desiderius, p̄merente Ciphij cuiusdam deuo-

DE S. SOSIO DIACONO ET MARTYRE.

385

deuotione, Beneuentum perlati sunt: Beatissimum denique Sosium Leuitam ci-
ues sui Misenates tollentes, in mirifica collocauerunt ecclesia die nono Kalenda-
rum Octobrium, de qua Deo prouidente post multorum annorum curricula qua-
liter Neapolim translatus sit, sub testimonio fidei veraci & simplici stylo prosequem-
ur.

Inuentio & translatio corporis sancti Sosij.

CAP. XV.

Post euerionē igitur Luculanī oppidi, sicut in alio cōstat libello expressum, cūm memoratus Abbas corpus sancti Seuerini meruisset adipisci, cœpit sese omnibus preparare impensis, vt ad honorem eius opitulante Deo basilicam camerato posset ædificare labore: ac pro hoc dum vbiquè sollicitus inuestigaret sicutib⁹ tanto operi competentem valeret inuenire materiem, ad Misenate direxit castellum, nam sexaginta euolutos iam penē per annos, ab Hisinahelitis erat demolitū oppidum il-
lud, & ad solum usque prostratum. Monachi vero q̄ ad hoc transmissi fuerant, dum humana curiositate, quæ more solito stimulat semper ignota scrutari, diuersa per loca subiissent, ad contemplandam ipsius Episcopij fabricam processerunt. Inde cūm ecclesiam sancti Sosij fuissent ingressi, & sub illo ingenti lustrâssent singula templo, tres literas prop̄e oblitteratas ex eiusdem sancti vocabulo conspexerunt. Quarum schemate protinus exhilarati, Eamus, inquiunt, eamus, & domino Abbati talia nunciare non remoremur. Qui euestigio regredientes, & cuncta quæ fecerant secundū regularem institutionem recensentes, adiecerunt: Si tua, pater honorande, voluntas est, possimus sanctum reperire Sosium. vidimus enim in ipso pariete, cui altare subiacet ipsum, tres apices quasi latitantes, qui nostris pro certo mentibus indiderunt quod si quilibet lector idoneus affuisset, incunctanter ad rei veritatem pertigeramus. Horum itaque assertiones tacito Abbas ipse corde reuoluens, compescere prius eos honesta studuit grauitate. Dein, quia illi quodam instinctu magis ac magis talia repetebant, insuper & promptis affirmabant attestationibus, consentit tandem. Sed quia non fore canonicum aestimauit, absque pontificali licentia, cuius & iuris erat, illuc transmittere, per auxilium Domini sacerdotem meā in-dolis præceptorem, supplicando direxit domino Stephano Episcopo, quatenus si diuina largitate donatus munere tanto tamq̄e præclaro fuisset, permisſu eius in suo monasterio collocaretur.

CAP. XVI.

TVnc Præful pio suspirans affectu, Annuat, inquit, Dominus precibus seruorum suorum, & aperiat illis thesaurum misericordiae suæ: quia multi fuerunt, prorsus multi, qui se ad illum inueniendum omni studio accinxerūt, sed occulto Dei iudicio nunquam exindē ad effectum pertingere potuerunt. Nam Sicardus princeps Longobardorum, post innumera mala quibus urbes nostratiū afflixit, etiam ad hoc prorupit, vt sepulcra suffoderet, & sanctorum ex eis corpora subleuaret: sed martyrem hunc, licet alium pro alio reperisset, & nomini eius ecclesiam consecrâisset, nequam inuenire potuit. Postmodum quoquā dominus Athanasius Episcopus sancta memorie germanus meus summa probitate, huius margarita inuestigator extitit, sed nec ipsi collatum fuit. Nunc autem, si diuinæ voluntatis est vt illis pandatur, quis est tam demens, qui contraire superna dispensatione i nitatur? Talibus cōfessum culogis animatus Abbas ipse, acceruit me Iohannem sancti Ianuarij diaconum, & Ali- gernum primicerium, & Petrum subdiaconum: & facta nobis præceptione, iniunxit, vt cum Iohanne cognomento Maiorino præposito suo, & Athanasio illustri mo-nacho Misenum proficisciētes, nostro discerneretur arbitrio, si quid acceptabile tan-ta monachorum insinuâsse assertio.

CAP. XVII.

NOs quidem tanto viro haud segniter obsecundantes, altera die iam inclinata ad vesperum Sagenam ascendimus & Puteolos annauimus, ibique parua qui-ete corpora procurantes, simili nos somnio de inuentione martyris læticârunt Athanasius monachus & Petrus subdiaconus. Sed quia multos errare somnia fece-
runt, idcirco nec penitus detraximus, nec accommodauimus fidem. Tamen euestigio surreximus, & ante lucem ad illud sancti Sosij properauimus templum: vbi dum ex more matutinalis decantâssimus hymnos, & velut homines diu ad tantarum enor-mitatē camerarum obstupesceremus, inuentores literarum tandem vocauimus,

Kk

&c

Obtinent à Stephano Episcopo li-centiā trâ-ferendi S. Sosij exui-as.
Hic habes huius histo-riæ autho-rem: Iohan-nem Dia-conum.

& nobis apices ipsos monstrari præcipimus. Quibus examissim perensis, & fratribus simplicitate considerata, non subsannando sed compatiendo diximus: Hæc, inquam, fratres tria grammata vestram potius declarant intelligentiam, quam aliquid emolumentis conferant. Si enim euidenter cognoscere vultis quid hæc innuisset exaratio, versus fuit olim huius abolita imaginis desuper stantis. Mox omnium derigit animus, & quanta prius lætitia gestierat, tanta subito mœstitia retrahebatur: Ita duntaxat ut memoratus Præpositus commotus aduersus ipsos monachos diceret: O vitam nunquam vestra loquacitas audita fuisset, eccè homines isti tantam fatigationem pro charitate fraternitatis arripientes, vacuos sese hinc discedere timent. nam cœperant fodere circum altare quod illis ostenderam, sed nihil inueniebant, nisi seplurias inanis.

C A P . XVIII.

A situm eius qui in tanta mole tam tenuis videbatur expressus, sed antiquorum maximè industria, quæ in condendis corporibus, immò in omni artificio tanta caluit astutia, ut difficilius posterorum animaduersio pateret. Dum hæc autem mecum ipse reuoluerem, subito quadam inspiratione percussus, Aligerno primicerio & Athanasio monacho, qui mihi dextorsum assistebant, dixi: Si quid veri mens mea coniucere potest, plus hæc fenestra deceptionis quam lucis habere videtur. Et illi: Quo, inquit, modo? quibus ego: Si ad integrum lustrari quiuissim, qualiter locata consistat, itatim propalatum fuerat, quomodo cunctos quasitores martyris huius valde fecellit. Sic fatus vnà cum ipsis, ex templo foras egredientes, certatim per dumos & vepres aditum tētabamus, sūcreuerat enim illuc horribilis saltus, quem densi complerant yndiquè sentes. Horum ergo lacerationibus cùm foedissimè vulnerati debilitaremur, Athanasius plenæ deuotionis monachus quanuis lanatus, tandem prorupit, & me præ gaudio terque quaterque nomina tūm exclamās, se cominūs applicuisse vociferauit. Tunc nos alacrity in eandem regredientes ecclesiam, innipultræ s. Athanasius sedulus explorator p. dit locū se- s. Sosij, sumq[ue] illum super eādem fenestram conspiciēt, sc̄iscitati sumus quo curitis vergēt illa, quali themate piscina surget ipsa: cumq[ue] ille consultiū ad singula respondisset, latomis confessim accitis: Eiā agite, inquam, præcipitate moras, & altare hoc ad demoliendum totis insurge viribus. Nulla cunctemini reverentia: quoniam melius est, vt nostris honorificè nunc euellatur manibus, quam postea Saracenorum vel sacrilegorum perfidia contemptibiliter diripiatur, si fuerit integrum in tot ruinis relictum. Et spero equidem in Deo meo, quod hodiē totius fatigationis & lastitudinis immemores pariter de bonis Domini gestiamus.

C A P . XIX.

Mox illi velut si cælesti oraculo exhortati fuissent, properè corripiunt trulias, & ouanter nostra iussa facessunt. Cito ergo citius altari destructo, apparuit musua quæ sub eo latebat effigies, sancti Sosij titulata literulis, & Angelis coronata manibus, cuius habilis nitor ita omnes illiciebat, vt Iohannes præpositus illam ex ipso pariere, non nisi immunitatam euellere, & secum exinde integrum perferre desideraret. Sed quia omnis ista intentio sub uno camentarij est distauctorū iūtu frustrata, conuersus ad transodiendum ipsum parietem vnā nobiscum freliquis, nō aliquando ab Ecclesiæ hostib⁹ prophanentur. Nam visā illa prærogatiæ inuentionis effigie, sic sic omnium incaluerat animus, vt esset videre, quasi alter altefum niteretur exclude. dum vnuquisque singulariter suum ostentare ferooris studebat affectum. Sub hac nempe laudabili altercatione largius exciso pariete reperimus inextricabilem adinstar specium machinam, quæ cunctum nobis auferebat prospectum: erant nanque quatuor sepultra inania, super inuicem posita & duo hincidē subiecta, sed fibimet uno mechanica artis glutino copulata, ad quorum mirabilem concationem exprimendam facundissimus, vt reor, etiam torpuerat, si ab inferis emerisset Homerus. Sed quid potest contra benignam Dei largitatem humana valere sagacitas? cùm scriptura proclamat, Non est sapientia, non est prudentia non est consilium contra Dominum? Celeriter ergo contritis & istis, tanta iocunditatis suauissimus odor, ac si cupressi videlicet efflauerit ab intimis, vt non solū ipsa die nos in odor ex se explebiliter, sed etiam penè ad medium mensim satiatum omnes illuc accedentes: & mirum in modum quanto plūs naribus odor ille ambrosius attrahebatur, tanto

tanto delectabilius hauriebatur. Huius itaque suavitatis manante fragrantia, quid nisi quod supra in Domino confisus spoponderam: protinus abolita est omnis gravitudo laboris, fugit omne fastidium ambiguitatis, & succidente latitia, curiosissimus oculis latebrarum penetralia considerabamus. Sed quia sub illis caueris variè retundebantur acies intuentum: allatum est lumen, & euidenter intraspicienes, cum vidissimus arcuatam tumbam abinstar basilicæ brevioris expressam: percussus sum illic relatione euentus domini Athanasi majoris Episcopi, qui quendam presbyterum ætate prouectum & Misenatis excidi superstititem, eidem præfulti suggerentem audiérunt, quod sanctus Sosius, sicut prædecessorum suorum continua traditione didicerat, in ecclesiola super se reconditus esset. Ad hanc ergo comitibus accedentes, corpusque sanctissimum intuentes, non mihi si linguae centum fuissent, ora que centum, & ferrea vox, exprimere potuissent quanto gaudio gestissimus. Reuerā enim pro ingenti latitia vbertime etiam lachrymas fudimus, & debitas omnipotenti Deo gratias consona voce persoluentes, misimus ex consulo circumquaquæ, ut omnes occurrerent, & essent non solum ineffabilis nostræ epulacionis participes, verum etiam & tantorum Christi magnalium testes. Intereā nos coram ipso mausoleo diuisis chorulis, hymnos Davidicos concinente, mirabamur tam celerem tamque frequentem populi concursum. Affluebat enim plurimi, non tantum ex adiacentibus castellis, sed etiam ex illis qui pro fouendis corporibus ad ipsas venerant thermas: quoniam fama, mirabile dictu, præuenerat iam nuncios nostros, & omnium penetrarāt ad aures.

C A P. X X.

Horum siquidem cum tota die sustinuissimus aduentum, & eadem nocte illic excubavimus, delectabile somnium, immò, sicut post docuit exitus veritatis, indicium vidi. Nam cum vigilijs curisque confessus, eminūs procubuisse, & vt matutinalibus horis assolet plenquam fieri, ancipiti fuissim sopore corruptus: duos ex suis Diacōni, authoris eiusdem tumuli adytis conspexi prodire iuenculos, crine nigerrimos, oculis siderēcos, vultu prospicuos, habitu niueos, & vt breuiter dicam, tota iocunditate Angelicos, quorum pulchritudo sic me attonitum reddidit, vt nequirem interrogare qui essent. Tamen cum ipsi ad me staderent quasi pedentim accedere, nè videlicet gressus alliderent in lapidibus ibidem congestis: & ego quodam præstolarer affectu, cum eis impariti sermonem, Iohannes præpositus insolenter exclamans, me è grauissimo somno excusit. Contra quem grauiter commotus dixi: Non tibi unquam feruide frater relinquatur inulrum, qui tua me improbitate tanto bono repente priuasti. Et exposita illis visione mihi pertæsum & ceteris, ipsi quoquæ præposito miseranda confusio ingeminabatur, adeò quippè, vt ora vicissim replicantes, vario coniçere staderemus assensu quid tanta visio innuisset. Aestimantibus autem Iohannes alijs sic, & alijs aliter, eccē Iohannes Cumanus Episcopus cum omnibus suis, & Cumanus ipse accitus affuit, qui diligenter martyrialia membra perlustrans, & ea omni ad hoc compage solida obstupescens, Verè, ait, olim David sanctorum incorruptionem attendens cecinit: Dominus custodit omnia osia eorum, vnum ex eis non conteretur. Et conuersus ad populum exclamauit: Nulla fratres intersit dubitatio, nulla cunctationis vestigia cuiuslibet in corde remaneant, quia hic est profetò Psal.33. Corpus S. Sosij apparet integrum. illi modò locatum & dexterum paulisper ad humerum inclinatum, luce clarius contemplamur. Dixit, & Missarum solennijs ibidem celebratis, vna nobiscum alternatim coram locello psallentibus, usque ad mare descendit.

C A P. X X I.

Reuertente autem eo, & vniuerso populo, nos ratem ascendimus, & cum ingenti tripludio coepimus tranquillissimum remigare per æquor, vbi nobis accedit haud silendum miraculum. Nam cum litus auerni tuto cursu præterissemus, & oris iam Puteolanis successissimus: subito nimbosus turbo assurgens, toto in nos stridore, totaque intensione fremere videbatur. Mox conturbatis monachis & valde fluctuantibus animo, Nolite fratres, aiebam, nolite frustra metuere: si enim iste sanctus ad ea vult loca subire gloriosus, ex quibus aliquando fortis propugnator euasit, non fortuitò, sed quodam superno nutu, credamus hanc nobis ingratis procellam, & ideo nec obniti contrà, nec tendere fas est: sin aliás, & magis ac

Exponitur naugio.

Kk 2 magis

magis credere sevit, nihil est aliud nisi sedet huic, ut post sexcentos & quindecim annos ex quo ad superos migrasse creditur, marinis abluatur lymphis: quod si praeuideto ego, ante omnes cui cominus assidet, tam diu caput locelli huius imprimovndis, quousque aut bene lotus ex eis emergat, aut istos tumentes velit nolit praestet componere fluctus. Mirandis plus miranda succedunt: vix haec edideram, & Sedantur marini fluctus S. Sofijs tanta consequuta est tranquillitas, vt iam pacatum per fretum litora scapham apulissimus, obstupecentes nimis virtutem martyris, etiam in verborum facijs efficacem.

C A P . XXII.

Refectis itaque celeriter in ipsa puppi, quæ necessaria erant, ire perrexiimus. Sed quia propter innumerabilem diuersæ conditionis & ætatis occursum, eodem die Neapolim attingere nequiuimus, Luculanum sumus ingressi castellum quam euerum: & posito locello in ecclesia vbi prius sanctus requieuerat Seuerinus, copiosas aesciarum & insignium foeminarum cateruas obuiam habuimus. Tunc nihilominus & Iohannes Abbas nūcio nostro excitus, cum omnibus monachis quos inuitauerat, aduenit, & gratiarum actione in Deum celebrata, per totam noctem vnanimes Græcam Latinamque psalmodiam sonoris vocibus concrepārunt. Manè igitur facto, Stephanus Episcopus & Gregorius consul cum omni populo sanctis occurrerunt exequijs, & pro inexplicibili gaudio, præceperunt nobis cuncta sibi suggerere quæ de inuentione ipsius fuerunt. Quibus cum omnia seriatim sicut præscripta sunt insinuassimus, quinetiam & congruè subiunxissimus, qualiter amplitudo corporis eius secundum staturam exquirorem ad quam metiri & comparari potuit venia digna, quinque pedum & sex digitorum prolixa fuisset: protinus idem Antistes miro succensus amore, inquit: Felix ille, quem, & in hoc seculo ad expugnandam ethnicorum perfidiam robustissimum Christus formauit, & nunc in illo triumphantium grege inter primos primum coronat athletam. Haec & his similia cum longi sermonis assatu protraxissemus, & insatiabilis audientum deuotio, eadem iterum iterumque repeti concupiseret: deductum est sanctissimum corpus cum omni gloria in monasterium diffamati Abbatis, & nec multò pōst per manus prælibati Antistitis reconditum est in altario ecclesiae sancti prius Seuerini vocabulo dedicata, vbi omnibus se potentibus innumeris præstare beneficia non definit, ex quibus tria tantummodo istis commendamus literulis, cætera quia multa sunt, & incomprehensibilia, feroce potius celebrentur.

C A P . XXIII.

Quædam denique puella nobilium famula, miserabilibus articulorum coarctata doloribus, cum ad huius sancti ecclesiam perlata fuisset, & lita membranum ex oleo lucernæ coram ipso altari indeficier ardentis: reuecta est dominum, ibique post aliquantulos dies tantam est consecuta sanitatem, vt illam martyris interuentu saluatam nemo fidelium ambigat.

C A P . XXIV.

Filius denique puer, cum propter horribilem capitidis dolorem sapius crassum vomeret ore cruorem, & nullam medicinali artificio posset adipisci medelam: ductus est iam seminecias à parentibus, & coram ipso altari proiectus. Quorum fidem & ciulatum custos ecclesiae, vir celerrimæ compassionis, vt vidit, confessum puerulifrontem & tempora ex memorata lampadis oleo perunxit, atque ita vt allatus fuerat moribundum iacere permisit. Mox mirum in modum cœperunt ex auribus eius vermiculi prodire quā plurimi, & velut si quodam stimulo agerentur præcipites in terram defluere: quibus ad unum explosis, laudabile dictu, redintegratus est sensim puer vigori pristino, & quem genitores ante paululum moriturum lugebant, repente gaudebant incolorem, magnificantes Deum, qui per martyrem suum tantu beneficia præstat indignis.

C A P . XXV.

Quædam præterea nomine Stephanus quotidiano languore correptus, ad hoc ipsa diuturnitate peruenierat, vt iam desperari ab omnibus cœpisset. Hic ergo cum quadam nocte humanæ legis angore contritus, simul & inualitudine gravatus, nimium tristis recumberet: vidi quasi per somnum quendam iuuenem omnidecoro nitentem, seque placidissime sciscitantem qualiter esset. Cui cum ille mortis

terrore

Receditur sacram corpus eius in ecclesia S. Seuerini Episcopi.

Puer quædam paralytica vexata, curatur.

Quidam puer aegeratur.

terrore perculsus respondisset, malè prorsus, & instantum malè, ut ex hac infirmitate nullo modo credam euadere: protinus audiuit, Constans esto, & veni ad me. Tunc ille sollicitus inquisuit, dicens: Tu quis es Domine, qui iubes me venire ad te? Cumque ex ore leniter respondentis, Sosium intellexisset, expergefactus, diu multum de visione hæsitauit: tandem aduocata vxori sua cum omnia recensuisset, coepit illa viriliter eum exhortari: Proficiscere, quia ipse est proculdubio sanctus Sosius, quem pro salute omnium in hac terra cœlestis Dominus condonauit. His motinis animatus homo venit, & spe credulus tam diu perseverauit, quousque sanitatem recuperet secundum veridicam quam in somno sponsonem acceperat: cuius beneficij memor voti compos, semper occurrit, & in virtute martyris Christum collaudat totius salutis authorem.

Quidā Ste-
phanus le-
tali morbo
correptus,
curatur.

HISTORIA SANCTÆ TECLÆ VIRGINIS,
EX ADONIS TREVIRENSIS EPISCOPI MAR-
tyrologio, cui etiam longè antiquiora Martyrologia
consentunt.



N Iconio natale S. Teclæ virginis, apud Seleuciam qui- 23. Septemb.
escentis: quæ de eadem ciuitate Iconio, à B. Paulo Apo-
stolo instruēta est. Quam mater eius cernens Christianam, & nuptum repudiare, malentem Christo sponso
adhærere, quām corruptioni carnis subiacere: pergens
ad iudicem, accusauit virginem, filiam suam Christianam
esse dicens, viuam eam, ut ceteræ mulieres terrorerentur,
ardere debere. Quam sibi cum iussisset index adduci, &
propositum castitatis eius didicisset, rogum fecit parari,
ut illam incenderet. Raptæ igitur ab apparitoribus, ut in
focum iactaretur, sponte pyram ascendiit, & signo Cru-
cis facta, virili animo inter medias flamas stetit. Subitoq[ue] facta inundatione
pluviarum, ignis extinxetus est, & beata virgo illæsa, virtute superna erigitur. |

Mater ac-
cusat filiam
Teclam.

S. Teclæ na-
hil ab igne
læditur.

Iterum cūm ieunijs, vigilijs, & orationibus vacaret, à quadam viro potente comprehensa, perducta est ad Praesidem, quod se Christianam diceret. Quam idem proconsul interrogans, si verum esset quod accusabatur, respondit omnino Christianam se esse. quam continuò præses ad bestias damnauit. Interim tamen, quod subrigeretur, commendatur cuidam nobili feminæ, quæ propinquæ Cæsaris erat, nomine Tryphæna. Sequenti die producta sunt bestiae de caueis: sicut sit beata Tecla in arenis medijs, stupente populo, quod eam bestiae minime tangerent.

Nec à besti-
is.

Reducitur beata Tecla ad domum Tryphæna, vt in crastinum iterum feris obijceretur. Quam ministri cūm de domo repeterent, Tryphæna doloris plena sequitur eam vique ad spectaculum, vbì clamor vulgi & tumultus erat immensus, beatam Teclam spectantium. Nudata verò beata virgine, dimittuntur ei leones pariter & vrsi: sed nulla ferarum eam lædere presumpsit. Deinde in fossam aqua plenam, vbì serpentes adunati & collecti fuerant, à furentibus populis cūm vrgeretur, signo Crucis munita, insiliuit: sed nec ab eis vilo pacto læsa. Iterum atrociores bestie paran- Neque à ser-
pentibus.

tur: sed vlo modo tangere eam non sunt permisæ. Verùm nec adhuc sibi crudelitas modum ponit. Alligatur duobus tauris fero cissimis, ferro candente stimulatis, vt eam discerperent. Qui funibus diruptis, vagabundi huc illucque discurrunt, ac martyrem nullum malum passam relinquunt.

Neque à ser-

Accersitam denique proconsul eam requirit, quæ aut vnde esset, quia nulla bestiarum eam lædere potuisset. Beata Tecla respondit: Dei viui tantum sum ancilla. Territus autem proconsul, quod tantæ virtutis esset, induita ea vestibus, edixit sententiam: Teclam, inquit, pictatis ac Dei cultricem relaxo. Dimissa verò, reuersa est in domum Tryphæna: vbì requieuit paucis diebus, docens Tryphænam & domum eius in fide Domini nostri Iesu Christi. Indè egressa, venit Seleuciam, ibique exemplo & conuersatione vitae, atque etiam doctrina plurimos erudiens, post multa certamina duplicis coronæ, virginitatis & martyrij, requieuit in pace.

Iudicis sen-
tentia ab-
foluitur.

Obdormit
in Domino.